



Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE CONCILIIS, ET|| ECCLESIA MILITANTE,|| QVATVOR LIRBRIS||
COMPREHENSA.||

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

Ingolstadii, [1599]

VD16 B 1607

XVII. Nota Decima quarta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53873](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-53873)

finem. Item, ut scribit Cochlæus in actis Lutheri, anni M. D. XXXI. cùm post multa prælia inter Catholicos & hæreticos Heluetios pax componeretur, in i. art. Concordia hæretici scribebant, se velle deinceps dimittere confederatos suos quietos circa veram, indubitatem, & Catholicam fidem suam: Catholici autem scribebant, se velle dimittere confederatos suos quietos circa fidem eorum; nihil vero addebat de vera, indubitata, vel Catholicæ.

CAPVT XVII.

NOTA Decima quarta.

DECIMA QVARTA NOTA est INFELIXITUS, seu finis eorum, qui Ecclesiam oppugnant. Esi enim Deus punit suos, & flagellat, tamen tandem proiicit virgam in ignem. Deut. 32. Laudate generes populum eius, quia sanguinem seruorum suorum salvatur, & vindictam retribuet in hostes eorum.

De misero fine Pharaonis, primi persequotoris Ecclesie, legimus Exo. 14. de Dathan & Abiron primis schismaticis legimus Numeri 16. de Iezabel, 4. Reg. 9. De ANTIOCHO 2. Machab. 9. De Pilato, quod scipsum interfecit, scribebuit lib. 2. hist. cap. 7. & cap. vlt. refert breuiter cladem Iudaorum, quam Iosephus latè prosequitur in lib. de bello Iudaico. De HERODE Ascalonita, qui obiit scatès vermis, cùm prius occidisset vxorem, & filios, & scipsum occidet voluisse, scribebuit Iosephus libro 17. antiquitatum, cap. 9. De HERODE Terracha, quod amissio regno, in exilium relegatus perpetuum, miserrimè vixerit, scribebuit idem Iosephus li. 18. cap. 14. de filia Herodiadis: vide Nicephorum lib. I. cap. 20. De HERODE Agrippa vide Act. 12. Neronem, Domitianum, & ceteros Imperatores, qui Christianos persequuti sunt, vñ vel à scipis, vel ab aliis crudeliter necatos, vel certè miserè perire, constat ex Chronicis & historiis omnibus; nam Trajanus horrenda paralysi, & simul hydropisi extinctus est; Diocletianus Imperium depositum præ dolore, quod Christianos delere nō posset; Galerius Maximianus, & Maximinus tam horribilis doloribus correpti sunt, ut etiam Medici Ethnici dicent, diuinam esse plagam: Vide Eusebium in Chronico, & lib. 8. hist. cap. vlt. & lib. 9. cap. ultimo.

VENI

VENIAMVS ad Hæresiarchas & Apostatas. Simon MAGVS cùm volare vellet, orationibus B. Petri deiectus, tibias frègit, & paulò pòst cum summa ignominia obiit: Egesippus lib. 3. cap. 2. de excidio Hierosolym. & Arnobius lib. 2. contra Gentes.

Excoriatus est à Rege Persarum MANICHAEVS viuus, non ob fidem, sed quia filium Regis curaturus occidit: Epiphanius hæref. 66.

MONTANVS, Theodotus, & Prophetissæ eorum laqueis se- ipsos necauerunt: Eusebius lib. 5. hist. cap. 16. Donatistæ qui- dam cùm canibus Eucharistiam proflicerent, ab iisdem cani- bus lacerati sunt: Optatus lib. 2. contra Parmenianum.

ARIVS cùm in Ecclesiam intrare vellet, subito motu alui ad latrinas publicas accessit, & simul cum excrementis intefina omnia & animam effudit: Testis Athanasius oratione prima contra Arianos, & Ruffinus lib. 10. hist. cap. 13.

IULIANVS Apostata diuinitùs occisus, cōmuni etiā caruit sepultura; nam à terra spontè aperta, absorptum scribit Gregorius Nazianzenus oratione in Athanasium, circa finem.

VALENS Arianus, qui Iuliano in persecutione Christianorum successit, viuus à Gothis etiam Arianis crematus est: Ruffinus lib. 11. hist. cap. 13.

NESTORIVS lingua impia à vermis consumpta, miferrimè interiit: Euagrius lib. 1. hist. cap. 7.

HUNERICVS Rex Vandalarum Arianus, & persecutor Ecclesiæ, vermis toto corpore scatens, consumptus est: Victor lib. 3. extremo.

ANASTASIVS Imperator, fautor hæreticorum Eury- chianorum, fulmine ictus interiit: vt scribūt Cedrenus, Zonaras, & Paulus Diaconus in eius vita. Tempore Leonis Iconomachi, pestilentia consequuta, combustionem imaginū in foro Constantinopolitano, trecenta millia hominum sustulit Constantinopoli: Vide Chronica Matthæi Palme- rij anno DCC. XL I. De Constantino Copronymo, vide Paulum Diaconum.

LUTHERVS morte repentina sublatus est, nam cùm ve- speri opiparam cœnam sumpsiisset latet, & sanus, & facetiis suis omnes ad risum prouocasset, eadem nocte mortuus est: Vide Cochlæum in vita Lutheri.

ZWINGLIUS in bello contra Catholicos trucidatus est;

est; & paulò pòst Basileæ frater eius spiritualis **OECOLAM PADIVS**, cùm vesperi sanus cubitum iuisset, manè inuenitus est ab uxore mortuus in lecto: Auctor Cochlaeus in actis Lutheri anno M. D. XXXI.

ANDREAM Carolstadium à Dæmone interfecit, Ministri Basileenses scribunt in epistola, quam ediderunt de morte Carolstadij.

Ioannes CALVINVS vermibus consumptus expiravit, ut Antiochus, Herodes, Maximinus, & Hunericus, testatur Hieronymus Bolsecus in eius vita. Qui etiam addit, cum Dæmonibns inuocatis, blasphemantem & execrantem obiisse.

CAPVT XVIII.

NOTA Decima quinta.

VLTIMA NOTA est **FELICITAS** temporalis, diuinitùs iis collata, qui Ecclesiam defenderunt: nunquam enim Catholici Principes ex animo Deo adhæserunt, quin facilimè de hostibus triumpharent. Notæ sunt in primis victoriæ in Testamento veteri, Abrahæ, Mosis, Iosuæ, Gedeonis, Samuelis, Davidis, Ezechiæ, Iosuæ, Machabæorum. In Testamento nouo **CONSTANTINVS**, qui primus publicè ex Imperatoribus Ecclesiæ defendit, eo ferè modo Maxentium vicit, quo Moses Pharaonem. Vide Eusebium lib. 9. hist. cap. 9. de eo sicut Augustinus lib. 5. de ciuit. Dei, cap. 25. *Constantinum Imperatorem non supplicantem Dæmonibus, sed ipsum verum Deum colentem, tantis terrenis impleuit muneribus, quanta optaret nullus auderet: Uniuersum orbem Romanum unus Augustus tenuit, & defendit, in administrandis & gerendis bellis Victoriosissimus fuit, in tyrannis opprimendis per omnia prosperatus est: grandauus agitudine & senectute defunctus est: filios imperantes reliquit.*

De **THEODOSIO** seniore scribit idem Augustinus lib. dem, cap. 26. ei, quod verè pius & Catholicus esset, adeò prosperè omnia successisse, ut in præliis hostium tela in auctoribus, Deo agente, retorquerentur. Addit Theodosius lib. hist. cap. 24. sanctos Ioannem & Philippum Apostolos paruisse in equis albis in eodem prælio pro Theodosio imperatore pugnantes.